CAPUT XXIV.

De Remediis Stomachicis.

§. 1.

S*Tomachica* ea dicuntur remedia, quæ ventriculo opitulantur, ejusque morbosis Affectibus præcipuè, atque hinc secundariò toti animali œconomiæ succurrunt. Usque adeo pendet salus Machinæ à Ventriculo, ut nisi hic salubrem probeque digestum ad sanguineum laticem transmittat humorem chylosum, ipsa quoque Machina statim heic aut ibi malè habeat. *Definitio.*

§. 2. Quandoquidem ergo maximopere, sive in sano, sive in ægro corpore, ad Ventriculi statum Medico est attendendum, studiosèque curandum, ut illius functiones ritè omnes peragantur, Stomachicorum certè Medicamentorum accuratam quisque notitiam sibi comparare debebit. Cùm autem Stomachus diversimodè affici soleat, sive per calorem excessivum, sive per eundem deficientem; sive ratione Liquoris gastrici digestivi, qui nunc imminui, nunc planè deficere, nunc etiam depravari solet; sive denique ratione villorum aut fibrarum musculosarum, nunc strictarum, nunc laxatarum valdè, *Stomachica* remedia varia quoque erunt, singulis Ventriculi Affectionibus opponenda. Quæ qui judiciosè, quavis occasione datâ, seligere, applicare, aut exhibere noverit Medicus, felicissimè nostrâ quidem opinione, in Praxi medicâ versabitur, siquidem in quocunque morbo, quo citius Ventriculus est restitutus, eo citius quoque Æger sanabitur.

§. 3. *Stomachica* calorem Ventriculi excessivum temperantia, vix nisi Biliosi requirunt homines, in *Stomachica calorem excessivum temperantia.*

in quibus ſal volatile oleoſum Bilis ſæpius exundat & æſtuat. Hunc verò ſalium acrium æſtum mitigant & reſtinguunt ea, quæ ſale nitroſo refrigerante, vel particulis blando-acidis, aut etiam terreis abſorbentibus pollent, quibus tamen ea ſimul, quæ tonum fibrarum ſtomachi firmant & roborant, ſunt intermiſcenda. In qualem cenſum proin referimus primo omnium *Acidulas* quaſcunque, principaliter autem *Macro-Sualbacenſes*, ſpiritu egregio vitriolico martiali, Bilis ferocia ſalia diluente ac præcipitante, ſulphura nimis exaltata deprimente, ſed & tonum Ventriculi inſigniter firmante, ejuſdemque fermentum eximiè reſuſcitante præditas. Dein huc referimus quoque *Salia Plantarum* acidularum & amararum *eſſentialia*, *eſurina* dicta, *Nitrum antimoniatum*, *Prunellæ lapidem*, *Vitriolum Martis*, *Cremorem Tartari*, *Tartarum vitriolatum*, *Arcanum Tartari*, *Sal Abſynthii*, *Centaurii minoris*, *Juniperi*, *Cardui benedicti*, *Oculos Cancror. pptos*, *Corallia ppta*, *Conchas pptas*, *Antimonium diaphoreticum*, *C. C. uſtum. Unicornu foſſile*, *Diaphoreticum martiale*, *Specificum ſtomachicum Poterii*, *Aquas deſtill. nitroſo ſale plus minus volatli gaudentes*, *Lactucæ*, *Endiviæ*, *Cichorii*, *Nymphææ*, *Portulacæ*, *Rubi idæi*, *Papaveris rheados*, *Roſarum*, *Violarum*, *Taraxaci*; *Syrupos Rubi idæi*, *Ribium*, *Cydoniorum*, *Corallorum*, *è Succo Citri*, *Limonum*, *Violarum*, *Berberum*, *Acetoſellæ*, *de Agreſtâ*, *de Nymphæâ*, *Julepum roſaceum*, *Spiritus Salis*, *Nitri*, *Sulphuris*, *Vitrioli*, *Tincturas Corallor. Salis tartari*, *Martis aperitivam*, *Antimon. Elixir Vitrioli Mynſichti*, *proprietatis Paracelſi*, *vel proprietatis ſine acido*. Roborantia his adduntur ex *Aquâ Borraginis*, *Florum Acaciæ*, *Bugloſſæ*, *Cinamomi cydoniatâ*, *Ceraſor. nigror. Bugloſſæ*, *Confectione hyacinthinâ*, *Matre perlarum pptâ* & ſimilibus. E quibus

quibus formulæ variæ fieri possunt, verb. grat.

Pulveres Stomachici.

℞. *Ocul. 69. ppt.*
Antimonii diaphor. ana ℈ij.
Vitriol. Mart. optim. ℈j.
M. f. pulv. subt. in 4. *dos. æqu. ad ch. Sumantur cum Aquâ Borraginis.*

℞. *Crem. Tartari.* ʒj.
Salis Absinth.
Cent. min. ana ʒß.
M. f. Pulv. subt. in iv. *dos. æq. ad ch.* mane ac vesperi sumendas horâ ante pastum.

℞. *Tartari vitriolat.*
Salis Juniper.
Card. ben. ana ℈j.
Cremor. Tartar. ℈ij.
M. f. Pulv. subt. in 4. *dos. æq. ad ch.*

℞. *Nitri antimon.* ℈j.
Corall. rubr. ppt.
Conch. ppt. ana ʒß.
M. f. Pulv. subt. in iiij. *dos. æqu. ad ch.*

℞. *Salis essent. Acetosell.*
Citr. ana ℈ß.
Lapid. prunell. ℈j.
M. f. Pulv. in 2. *dos. æqu. ad ch.*

℞. *C. C. ust.*
Diaphor. mart.
Ocul. 69. ppt.
Matr. perl. ppt. ana ʒß.
M. f. Pulv. subt. in vj. *dos. æqu. ad ch.*

Julepi Stomachici.

℞. *Aqu. Portulac.* ℥ij.
Nymph. Borrag. ana ℥j.

Syr. è succ. Citr. ℥iß.

M. f. Julep. pro 2. dos. spatio 8. horarum sumendis.

℞. *Aqu. Endiv.*
Lactuc. ana ℥j.
Syr. Corall.
Rub. id. ana ℥ß.

M. f. Julepus pro dosi.

℞. *Aqu. Rub. id.* ℥iiij.
Fragor.
Cichor. ana ℥iß.
Plantag. ℥j.
Syr. Ribium.
de Agrest. ana ℥ij.

M. F. Julepus pro iij. *vel* iiij. *dosibus.*

℞. *Aq. fontan.* ℔ij
Rub. id. ℥iiij.
Syr. Limon. ℥iij.
Berber. ℥j.
Spiritus Sulph. q.s. ad gratam aciditatem.

M. F. Julepus pro pluribus vicibus.

℞. *Aq. Violar.*
Portulac.
Bugloss. ana ℥ij.
Syr. Violar.
Cydonior. ana ℥j.
Julep. rosac. ℥ß.

M. F. Julepus pro iij. *dosibus.*

℞. *Aq. Endiv.* ℥iiß.
Taraxac.
Nymph.
Lactuc. ana ℥iß.
Syr. Rub. id.
Acetosell. ana ʒvj.
Spiritus Nitr. q. s. ad grat. acidit.

M. F.

M.f. Julep. pro ij. *vel* iij. *dosibus.*
℞. *Aqu. Lactuc.*
Plantag. ana ℥iß.
Rosar. ℥ß.
Cinam. cydon. ʒiij.
Syr. Acetosit. Citr. ℥j.
de Nymph. ℥ß.
Confect. Hyacinth. ʒß.
M. ad Vitr. hauriatur iij. *vel* iiij. *dosibus.*
℞. *Aqu. Papav. rhead.*
Succis. ana ℥iß.
Julep. rosac. ʒij.
Syr. Corallor.
Cydon. ana ℥ß.
Conf. Alkerm. inc. ʒj.
M. ad Vitr. Sumatur cochleatim.

Essentiæ Stomachicæ.

℞. *Tinct. Corallor. vel Antim.* ʒiij.
D. ad Vitr. Sumantur xx. *ad* xxv. *gutt. m. ac v. cum Aquâ Borraginis* aut *Lactucæ.*
℞. *Tinct. Martis aperitiv.* ℥ß.
D. ad Vitr. Dosis xv. *ad* xxv. *gutt. cum Aq. Bugloss. aut flor. Acac.*
℞. *Elix. propriet. sine acid.* ʒiß.
Tinct. Corall. ʒj.
M. ad Vitr. Dosis xxv. *gutt.*
℞. *Tinct. Salis Tartar.*
Elix. Vitriol. Mynſ. ana ʒiß.
M. detur ad Vitr. Dosis xv. *ad* xx. *gutt. cum Aq. plantag.*
℞. *Elix. propriet. Parac.* ʒij.
Detur ad Vitr. Dosis gutt. xii. *ad* xviii. *cum Jusculo,* vel *Vino albo.*
℞. *Tinct. Corall.* ʒiij.
Clyss. Antimon. ℈ß.

Aqu.

Aqu. Cinam. opt. ℥j.

Misce detur ad Vitr. Dos. 15. *ad* 20. *gutt. mane ac vesperi.*

℞. *Tinct. Mart. aperit.*
Corall. ana ℥iiß.
M. ad Vitr. Dosis xx. *ad* xxx. *gutt.*

℞. *Tinct. Salis Tartar.*
Antimon. ana ℥ij.
M. ad Vitr. Dosis xx. *ad* xxx. *gutt.*

Stomachica calefacientia.

§. 4. *Stomachica calorem Ventriculi deficientem resuscitantia, augentia*, ab Hominibus requiruntur pituitosâ vel acidâ intemperie præditis, quorum Ventriculi regio etiam æstivo tempore multum friget, quique adeo Chylificatione imminutâ, Dyspepsiâ, sive solutione debili assumtorum laborant, hinc Torminibus ventris ac Alvi fluxibus obnoxii; ab assumtis frigidis ac acidis statim malè habentes, atque saburram pituitosi humoris, in stomacho frequenter colligentes: qui Appetitu quidem gaudent, sed multum tamen ciborum sine incommodo & gravante stomachi dolore ferre nequeunt. Remedia autem talia digestionem Ventriculi redintegrare, motum ac secretionem Chyli promovere, cruditates expedire, corrigere, aut è medio tollere, nervos quocunque modo irritatos placare, tonum fibrarum firmare, flatuosas evaporationes ac vitiosas effervescentias impedire debent. Ad hos verò effectus omnes ac singulos præstandos, necessarium est, ut *Stomachica* remedia in genere particulis salino-oleosis ac balsamicis plus minus volatilibus, insuperque terrestribus magis minusve temperatis polleant. Quemadmodum sunt *Aromata* omnia, verb. gr. *Cortex Winterani, Cinamomum, Caryophylli, Nux moschata, Macis, Lignum Aloës, Cubebæ, Cardamomum; Radices Acori veri*, sive *Calami*

Calami aromatici, Cyperi, Galangæ, Zedoariæ, Imperatoriæ, Angelicæ, Petasitidis, Zingiber. Piper. Cortices Aurantiorum ac *Citri*; *Pulvis stomachicus Quercetani, Species aromaticæ rosatæ, caryophyllatæ, diagalangæ, dianthos, diaxylo-aloës, Tragea stomachica grossa*; *Aqua Cinamomi cum Vino*, ac *cydoniata*; *Essentia Zedoariæ, Ligni aloës, Galangæ, Cinamomi, Calami aromatici*; *Elixir proprietatis Helmontii*, aliave *Elixiria stomachica*. His adde pro externo simul & interno usu *Olea balsamica & aromatica*, aut *blanda resinosa*, v. gr. *Balsamum peruvianum, Oleum Nucistæ expressum*, ac *destillatum, Olea destillata* itidem *Cinamomi, Caryophyllorum, Menthæ, Macis, Angelicæ, Piperis, Zedoariæ*, &c. è quibus simul nunc *Unguenta* cum permixtis *Axungiis*, nunc *Emplastra* cum additis *Resinis* & *Gummatibus* parare poteris. Vel etiam *spirituosa* existunt, de spiritu nunc *sulphureo*, nunc *salino* magis participantia, quæ quidem magnopere evaporabilia & cruditatum emendatoria existunt. Inter hæc verò primas tenet *Vinum*, illudque *generosum*, nunc *simplex*, velut sunt præter ordinaria tenuia optima *Vina* apud nos provenientia, *Vinum Creticum, Hispanicum, Malvaticum, Hungaricum, Frontiniacum*, aut *Lugdunense muscatellinum*, &c. nunc *præparatum* vel *compositum, Hippocraticum* hinc dictum, qualia fiunt ex levi incoctione *Mellis* aut *Sacchari*, & *Cinamomi*, aliorumque Aromatum, in *Vino rubro*. Aliàs etiam heic facilius quoque componuntur, permiscendo solùm *Essentiam Aromatum* sufficienti quantitate tam *albo* optimo, quàm etiam *rubicundo Vino*, in quo prius *Mel* aut *Saccharum* leni decoctione fuit solutum. Qui *moschatum* ejusmodi *Vinum* amant, *Essentiæ Ambræ gryseæ*, cum *Spiritu Rosarum* factæ, sufficientem dosin simul permiscere curant. Post *Vinum* etiam

etiam *Spiritus* reperiuntur plures *stomachici*, v. gr. *Spiritus Cerasorum nigrorum*, *Cochleariæ*, *Spiritus Vini simplex*, *Spiritus Anthos*, *Elixir stomachicum* aut *Vitrioli Mynsichti*, *Rolfincii*, *Michaelis*, & id genus. E quibus Remediis sequentes formulas concinnare licet:

℞. *Elix. stomach. Mich.* ʒiij.

Detur ad Vitr. Dosis xx. *aut* xxx. *gutt. cum Vino aut Jusculo.*

℞. *Elix. stomach. Mynſ.* ʒiiß.

Essent. Zedoar. ʒj.

M. ad Vitr. Dosis xv. *ad* xxv. *gutt. cum Vino* aut *Jusculo.*

Vel ℞. *Spiritus Cochlear.*

Meliss.

Essent. Cinamom. ana ʒiß.

M. ad Vitr. Dentur xx. *ad* xxx. *gutt. pro dosi.*

℞. *Elix. propriet. Helmont.* ʒiiß.

Essent. Cent. min. ʒiß.

M. ad Vitr. Dosis xviij. ad xxiv. gutt.

℞. *Vin. Cretic. aut*

Malvatic. aliusve generosioris. Mß.

Dosis ℥j. *vel* ij. *quotidie semel, aut bis.*

℞. *Spec. aromat. rosat.* ℥ß.

Imperator. ʒij.

Sacch. alb. ʒvj.

M. f. Trag stomach. Dosis ʒij. *cum Pane* tosto ac Vino macerato.

℞. *Spec. diaxyloaloës.*

diagalang. ana ʒiß.

Cinam. opt. ʒiij.

Cortic. Aurant. recens è

Pomo abrasi ʒj.

Sacch. opt. ℥iiij.

M. F.

M. f. Trag. ſtomach.

℞. *Conſerv. fl. Anth.* ℥j.
Roſ. rubr. ſin. Vitr. ℥ß.
Nuc. Indic. condit. ʒiß.
Spec. diaxyloaloës ʒj.
Conf. Alkerm. compl. ℈ij.
Syr. fl. Tunic. q. ſ.

F. Mixtura ad formam Opiatæ, de quâ ſubinde Nuciſtæ magnitudo capiatur.

℞. *Conſerv. fl. Aurant.* ℥j.
Borrag. ʒvj.
Meliſſ. ℥ß.
Condit. Nuc. moſch. ʒij.
Calam. arom. ʒj.
Syr. de Cinam q. ſ.

M. F. Electuarium, d. ad fictile, ac ſubinde Nuciſtæ magnitudo capiatur.

℞. *Aloës Succotr.*
Myrrh. elect.
Herb. Abſynth.
Card. ben. ana ℥ß.
Radic. Zedoar. ʒij.
Croc. ʒj.

Invicem conciſis affunde Spirit. Vini dephlegmati q. ſ. & leni digeſtione extrahatur Tinctura ſtomachica, quæ à xx. *ad* xxx. *gutt. exhiberi poteſt pro doſi.*

§. 5. Quòd ſi verò *Tinctura* hæc evaporetur ad *Mellis* conſiſtentiam, habebitur inſigne *Extractum ſtomachicum, calefaciens* ac *flatus diſcutiens, cujus doſis eſt à* ℈ß. *ad* ℈j.

℞. *Radic. Calam. arom.*
Angelic. ana ℥j.
Galang.
Zedoar. ana ℥ß.

Semin.

Semin. Anis.
Fœnic.
Aneth. ana ℥j.
Herb. Card. ben. Mj.

Incisis & probè contusis affunde Aquam maximè ferventem, extrahatur inde Tinctura, quæ postmodum ad Mellis consistentiam evaporanda. Dosis hujus Extracti est à ℈ß. ad ʒß.

℞. *Lign. Aloës.* ℥j.
Cinam. opt. ʒiij.
Caryophyll. arom. ʒiß.
Flaved. Cort. Aurant. rec. ʒij.

Incisis & contusis affunde q.s. Spiritûs Vini rectificati, stent per aliquot dies in digestione, donec inde evadat Liquor admodum tinctus. Qui Ventriculo non tantùm, sed & Cordi atque Capiti proficuus; Cachecticis ut & Senibus, caloreque vitali multum orbatis conveniens. Dosis à gutt. xv. ad xxv. cum Vino vel Aquâ aliquâ destillatâ stomachicâ.

℞. *Herb. Absynth.*
Myrrh. elect. ana ʒij.
Aloës succotr.
Rhabarb. opt. ana ℈iiij.
Croc. orient. ver.
Semin. Aneth. ana ʒj.
Radic. Zedoar. ʒß.
Liquor. Terræ foliat. tartari ℥ß.
Spiritus Ceras. nigr. q.s.

Incidenda atque contundenda incide & contunde, hinc Liquores adde, atq; super species affusos in Vitro benè clauso relinque, & sic habebitur Elixir stomachicum excellens carminativum atq; Alvum apertam servans.

℞. *Mastich. select.* ℥iij.
Macis ℥iß.

Caryo-

Caryophyll. arom.
Galang.
Cortic. Aurant.
Citr. rec.
Cardam. min.
Piper. alb. ana ℥ß.

Incisis & contusis affunde Vini Hispanici optimi ℔iij. *Digerantur per aliquot dies in Vitro clauso, super lenissimum calorem, ac postea destilletur Aqua stomachica Blancardi, Fami caninæ, Ructibus, Nauseæ, Vomitui, & Flatulentiis dissipandis conveniens. Dosis à* ʒij. *ad* ʒvj.

℞. *Herb. Card. ben.* ʒj.
Radic. Calam. arom.
Cortic. Aurant. ana ʒij.
Ocul. 69. ppt. ʒiß.

M. F. Pulv. subt. d. ad scat. Dosis à ʒß. *ad* ʒj. *cum Jusculo mane ac vesper.*

℞. *Pulv. stomach. Birckman.* ʒiiß.
Sem. Coriandr. ppt.
Fœnic.
Specif. stomach. Poter. ana ʒij.
Ol. Nucist. expr. gr. xv.
dest. Anis. gutt. ij.
Sacch. perlat. ʒvj.

M. f. Pulv. carminat. d. ad scat. Dosis à ℈ij. *ad* ℈iiij.

℞. *Trag. stomach. simpl.* ℥ij.
Pulv. stomach. Birckm. ℥j.
Spec. diambr. ℈ij.
Ol. Nuc. mosch. expr. ℈ß.

M. f. Pulv. detur ad Scat. Dosis à ʒj. *ad* ij.

Vel ℞. *Trag stomach. subt.* ℥ij.
Radic. Aron.
Ocul. 69. ppt. ana ℈iiij.

Specif. stomach. Poter. ʒiß.
Diaphor. martial. ʒj.
Ol. Nucist. expr. ℈ß.
Conf. Man. Chr. simpl. ℥iß.
M. f. Pulv. subt. d. ad scat. Dosis à ʒj. *ad* ʒij.

Vel ℞. *Spec. aromat. rosat.* ʒiß.
diambr. ℈ij.
diamosch. dulc. ℈j.
Cortic. Citr. condit.
Zingiberis condit. ana ʒiij.
Confect. Alkerm. ʒij.
Sacch. alb. in Aq. Rosar.
& Cinam. solut. ℥viij.
M. f. Confectio in Rotulis aut Morsellis, irrorandis Ol. Nucist. destill. gutt. v.

Horum *Morsellorum* unum vel alterum subinde labendum offerre licet.

℞. *Amygd. dulc. rec. excort. &*
cum Aqu. Cinam. contus. ℥j.
Spec. Imperat. ℥ß.
Nuc. indic. condit.
Cortic. Citr. condit.
Conserv. Bugloss. ana ʒij.
Confect. Alkerm. ʒij.
Sacch. alb. Aqu. Ros. solut. ℔ß.
M. f. Confectio in Morsulis.

Vel ℞. *Cortic. Citr. condit.*
Nuc. Indic. condit.
Amygd. dulc. rec. excort.
Pistach. rec. excort.
Conserv. Violar. ana ʒiij.
Cinam. acut. ℥ß.
Nuc. moschat. ʒj.
Macis.

Galang.

Galang.
Zingib. ana ʒß.
Confect. Alkerm. compl. ʒjj
Sacch. alb. Aqu. Rosar. &
Cinam. solut. ℔ij.

M. f. Confectio in Morsulis stomachicis cum Acidularum potu, vel alias etiam usurpandis.

Vel ℞. *Amygd. dulc. rec. excort.*
Pinear. rec. ana ʒvj.
Cinam. opt. ʒij.
Caryophyll. arom. ʒj.
Macis.
Nuc. moschat. ana ʒß.
Cortic. Citr. rec. ʒij.
Conserv. Ros. rubr. ℥ß.
Sacch. opt. Aqu. Rosar. &
Cinam. solut. ℔j.

M. F. Confectio s. a. in Morsulis. Sr. Sauerbrunnen Täffelein.

℞. *Semin. Cumin. Fœnic. ana* Mj.
Baccar. Junip. Mij.
Herb. Menth. Miij.
Meliss. Mvj.
Abrot.
Absynth.
Matricar.
Puleg. ana Mj.

Incisa & contusa misce & inde Sacculis duobus, sive siccè, sive Vino calenti immersis, & applicandis Regioni Stomachi frequenter.

℞. *Ol. Nucist. expr.*
Aneth. ana ʒij.
destill. Menth.
Puleg. ana gtt. viij.

M. ad Fict. Hinc Ventriculi regioni bis quotidie illinatur.

Vel ℞. *Ungt. pomat.* ℥ß.
Nucis mosch. expr. ʒij.
Ol. Mastich.
Rut. ana ʒj.
destill. Chamom.
Macis.
Nuc. mosch. ana gtt. vj.
M. ad Oll. pro Balsamo stomachico.

Vel ℞. *Ungt. pomat.* ℥ß.
Olei Nucist. expr. ʒj.
destill. Angelic.
Carv.
Rorismar. ana gtt. iiij.
Cinam. gtt. j.
Balsam. Peruv. ʒj.
M. ad Oll. Usus ut supra.

Vel ℞. *Ungt. rosac.* ʒiij.
Balsam. Peruv. ʒj.
Ol. Nucist. expr. ℈ij.
Aneth.
Chamom.
Absynth. ana ʒj.
destill. Anij. ℈j.
M. ad Oll.

Vel ℞. *Balf. Peruv. opt.* ʒij.
Spirit. Anth. vel
Ceras. nigr. q. s.
Misce probè, eoque Ventriculi Regionem inunge.

Vel ℞. *Flor. Rosar. rubr.* ℈ij.
Mastich. ʒiß.
Spec. diagalang.
diatrion. piper.
Fol. Meliss.

Menth.

Menth.
Absynth. ana ʒß.
Spic. Indic. ʒj.
Nuc. moschat. ʒij.
Colophon. ʒiiß.
Ol. Mastich. vel Aneth. vel
Menth. vel Absynth. ʒij.
Ceræ ac Terebinth. q. s.

M. F. l. a. Emplastrum super Alutam extendendum ac Ventriculo applicandum.

Vel ℞. *Empl. de Bacc. Laur.* ℥j.
Gumm. Tacamah. ℥ß.
Ol. Nucist. expr. ʒij.
dest. Fœnic. ♃j.
Balsam. Peruv. ʒj.

M. f. l. a. Empl. Alutæ in formâ scuti stomachici inducendum, ac post irrorationem cum aliquot guttulis Olei destill. Lign. Rhod. ac Macis *Ventriculo imponendum.*

§. 6. Quòd si verò ipsum Ventriculi menstruum sive fermentum, ad probam digestionem Ciborum adeo necessarium, vel deficiat, vel ob particularum ejus nimiam crassitiem, fixitatem, aut etiam lentorem iners planè sit, tum è *Stomachicorum* Tabulâ ea veniunt eligenda, quæ salinis incidentibus & volatilisantibus constant particulis, vel saltem salinovolatiles, in ipso fermento inerti absconditas, recludentibus ac resuscitantibus; Quemadmodum sunt omnia ea, quæ sale volatili plus minus superbiunt, v. gr. *Plantæ antiscorbuticæ omnes, Spiritus* atque *Salia volatilia, Flores Salis armoniac. Salia Plantarum lixiviosa, essentialia,* atque etiam *aromatica* & *amara* superiùs jam dicta.

Fermentum sive Menstruum Ventriculi corrigentia

§. 7. Quando autem fermentum non semper uno modo peccat, sed nunc magis biliosum, nunc magis

Non uno illud modo peccat.

magis acidum, nunc magis nidorosum chylum ex assumtis producit, maximopere ad Ructuum in Ægro qualitates est attendendum, & pro earum diversitate diversimodè etiam de fermenti Dyscrasiâ, juxta Institutionum medicarum præcepta, judicandum venit. Itaque ad biliosum nimis menstruum corrigendum seligenda veniunt *salino-amara* atque terrea; ad nidorosum *salino-volatilia aromatica* ac *terrea*, imò & *acidula* in hocce casu minimè nocent; ad acidum denique temperandum & invertendum requiruntur *salino-terrea alcalina*, magis minusque *volatilia*, qualium formulas plures in superioribus reperire licet.

CAPUT XXV.

De Remediis Carminativis.

§. 1.

Descriptio. C*Arminativa* Remedia appellantur, quæ flatus sive in primâ regione, sive in aliis corporis partibus, natos discutiunt & dispellunt. Quum autem *flatus* nil aliud sint, quàm viscidorum humorum, cum particulis aëreis mixtorum, per intervenientem aliquam fermentationem peregrinam evaporatio, & in bullulas elevatio, (planè sicut videmus Aquam, in quâ sapo solutus est, insufflatione aëris in bullas evehi:) manifestum satis esse credimus, *Carminativa* sive *Flatus Discutientia* Remedia talibus particulis constare debere, quibus flatuosum ejusmodi serum in corpore incidi possit, aëriique sic liber exitus aut transitus concedi. Sed enim non sufficit, ut bullulæ istæ seri viscidi flatuosi hac ratione à particulis carminativis disrumpantur,

Quibus constent particulis carminativa.